ordinaria juxta literarum Regalium
continentiam in ProConsulem, Con-
sules juratos et cæteros Cives Gorli-
censes transfundimus et transpo-
nimus per præsentes, volentes et
decernentes, ut si Ecclesiam paro-
chialem supermemoratam per ces-
sum aut decessum vacare succes-
su temporis contigerit, sæpefati
ProConsul, Consules, jurati et cæ-
teri Cives, qui modo sunt et futu-
ris temporibus erunt ad eandem
Ecclesiam, quem duxerint eligen-
dum Prælato ad quem institu-
tio pertinet cum consueta solenni-
tate præsentare habeant, præ-
sentatumque tueantur et defen-
dant: præmissis omnibus et sin-
gulis auctoritatem nostram
ordinariam interponentes pari-
ter et Decretum. Nulli ergo
omnino homini liceat hanc pa-
ginam nostræ admissionis, rati-
habitionis, approbationis, au-